



SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE **BOLLETTINO**

HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHL
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0772

Sabato 18.10.2025

Sommario:

- ◆ **Le Udienze**
- ◆ **Rinunce e nomine**
- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione del centenario della Diocesi di Pinsk (Belarus)**
- ◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione del 75° anniversario della creazione dell'Arcidiocesi di Cape Coast e delle Diocesi di Accra, Keta, Kumasi e Tamale (Ghana)**

◆ **Le Udienze**

Il Santo Padre ha ricevuto questa mattina in Udienza:

- Em.mo Card. Willem Jacobus Eijk, Arcivescovo di Utrecht (Paesi Bassi);
- Gruppo di Vescovi dell'Ecuador;
- Sua Beatitudine Eminentissima il Signor Cardinale Béchara Boutros Raï, Patriarca di Antiochia dei Maroniti;
- Membri della Consulta Nazionale Antiusura;
- Partecipanti al Giubileo dei Rom, Sinti e Caminanti.

[01362-IT.01]

◆ Rinunce e nomine

Rinuncia e Successione del Vescovo di Neyyattinkara (India)

Nomina dell'Arcivescovo Coadiutore di Santo Domingo (Repubblica Dominicana)

Rinuncia e Successione del Vescovo di Neyyattinkara (India)

Il Santo Padre ha accettato la rinuncia al governo pastorale della Diocesi di Neyyattinkara (India), presentata da S.E. Mons. Vincent Samuel. Gli succede S.E. Mons. Selvarajan Dasan, finora Vescovo Coadiutore della medesima Diocesi.

[01365-IT.01]

Nomina dell'Arcivescovo Coadiutore di Santo Domingo (Repubblica Dominicana)

Il Santo Padre ha nominato Arcivescovo Coadiutore dell'Arcidiocesi Metropolitana di Santo Domingo (Repubblica Dominicana) S.E. Mons. Carlos Tomás Morel Diplán, trasferendolo dalla Diocesi di La Vega.

Curriculum Vitae

S.E. Mons. Carlos Tomás Morel Diplán è nato il 2 novembre 1969 a Monte de la Jagua, Moca, Provincia di Espaillat.

È stato ordinato sacerdote il 24 giugno 2000 per l'Arcidiocesi Metropolitana di Santiago de los Caballeros.

Ha ricoperto i seguenti incarichi: Rettore, Vicerettore e Professore del Seminario; Coordinatore della Pastorale Vocazionale; Parroco; Vicario e Amministratore Parrocchiale; Collaboratore di diversi organismi della Curia diocesana; Professore e Direttore della Scuola del Diaconato Permanente a Santiago de los Caballeros.

Il 14 dicembre 2016 è stato nominato Vescovo titolare di Capo della Foresta e Ausiliare dell'Arcidiocesi Metropolitana di Santiago de los Caballeros, ricevendo l'ordinazione episcopale il 25 febbraio 2017.

Il 2 dicembre 2023 è stato nominato Amministratore Apostolico della Diocesi di La Vega e, il 18 ottobre 2024, Vescovo della medesima Diocesi.

[01366-IT.01]

◆ Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione del centenario della Diocesi di Pinsk (Belarus)

In data 23 agosto 2025, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Claudio Gugerotti, Prefetto del Dicastero per le Chiese Orientali, Suo Inviato Speciale alla celebrazione del centenario della Diocesi di Pinsk (Belarus), il 25 ottobre 2025.

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratri Nostro

CLAUDIO S.R.E. Cardinali GUGEROTTI

Praefecto Dicasterii pro Ecclesiis Orientalibus

Qui de vivis et electis lapidibus aeternum habitaculum suae praeparat maiestati, Ecclesiam ipsam sponsam suam vocare etiam dignatus est (cfr *1Pt 2, 5*), ut populus nomini Iesu inserviens et in caelestis aedificationem Ierusalem semper accrescens ad superna promissa per Christi imitationem perveniat. In domo enim visibili, quam Deus Nobis cotidie exstruere concedit, mysterium Eius nobiscum communionis mire figuratur ac perficitur, in quo Ecclesia per terrarum orbem diffusa in dominici compagem corporis augetur in pacis visione complendam; ipsa nimirum est ancora spei hac in nostra aetate, super fundamenta Apostolorum aedificata, summo angulari lapide ipso Christo Iesu (cfr *Eph 2, 20*).

Quapropter laetanter cognovimus notitiam, festivis caerimoniis et populi frequentia centesimum celebratum iri annum, ex quo praeclara dioecesis Pinskensis Latinorum constituta est. Spiritale illud sparsum semen, divina suffragante gratia, bonis infaustisque temporibus, grandescere valuit atque copiosos ferre fructus.

Quam ob rem, libenti animo rogationem accepimus Venerabilis Fratris Antonii Dziemianko, qui humanissime petivit ut Nos quendam insignem Purpuratum Patrem designaremus qui verba spiritualis cohortationis omnibus adstantibus sollemni Missae celebrandae pronuntiaret.

Ad Te, Venerabilis Frater Noster, decurrimus, quia tibi haud ignota est vita pastoralis illa in Ecclesia ubi sicuti Nuntius Apostolicus quattuor annos operatus es et idoneus occurris ut eventui illi intersis personamque inibi Nostram geras. Te igitur hisce Litteris MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM nominamus ad celebrationes centesimae anniversariae memoriae constitutionis dioecesis Pinskensis Latinorum quae sollemni modo die XXV vertentis mensis Octobris in eadem urbe agentur.

Hac data fausta occasione, omnes participes adhortaberis ut, quemadmodum universae res creatae ad Conditoem suum ordinantur, sua sponte se dirigant ad Ipsum, veritatem primam supremumque bonum.

Episcopum insuper Pinskensem Latinorum ceterosque adstantes sacros Praesules, sacerdotes, religiosos viros mulieresque et christifideles laicos Nostro nomine salutabis. Verba demum Nostrae benevolentiae etiam ad Auctoritates civiles pertinere volumus et ad omnes qui libertatis religiosae notionem, verae pacis rationem atque sincerum personae humanae bonum studiose considerant.

Instanti denique prece Omnipotentem Deum exoramus, ut diligenter officium tibi concreditum expleas, ita ut omnes anniversaria participantes uberibus gratiis a Domino ditentur. Caelestium verum donorum conciliatrix et nuntia esto haec Apostolica Nostra Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, libenter in Domino impertimur, quam item omnibus congregatis nomine Nostro transmittere properabis.

Ex Aedibus Vaticanis, die VII mensis Octobris, in memoria Beatae Mariae Virginis a Rosario, Anno Sancto MMXXV, Pontificatus Nostri primo.

LEO PP. XIV

[01367-LA.01]

◆ **Lettera del Santo Padre all'Inviato Speciale alla celebrazione del 75° anniversario della creazione dell'Arcidiocesi di Cape Coast e delle Diocesi di Accra, Keta, Kumasi e Tamale**

In data 23 agosto 2025, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Wilfrid Fox Napier, O.F.M., Arcivescovo emerito di Durban, Suo Inviato Speciale alla celebrazione del 75° anniversario della creazione dell'Arcidiocesi di Cape Coast, e delle Diocesi di Accra, Keta, Kumasi e Tamale (Ghana), in programma a Cape Coast sabato 25 ottobre 2025.

L'Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione Pontificia, composta dai seguenti ecclesiastici:

1.Rev.do Sac. Michael Kobina Ackon Quaicoe, dell'Arcidiocesi di Cape Coast, attualmente Direttore del Direttorato per la *Governance*, la Giustizia e la Pace presso il Segretariato Cattolico Nazionale nonché Cappellano Cattolico presso il Parlamento del Ghana;

2.Rev.do Sac. Raymond Osei-Tutu, dell'Arcidiocesi di Accra, Parroco della Parrocchia di Sant'Anna in Teshie, Vicario Giudiziale e Cancelliere dell'Arcidiocesi.

Lettera del Santo Padre

Venerabili Fratри Nostro

VILFRIDO FOX S.R.E. Cardinali NAPIER, O.F.M.

Archiepiscopo emerito Durbaniano

“Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua; et sancti tui benedicant tibi. Gloriam regni tui dicant et potentiam tuam loquantur” (Ps 145,10-11). Haec Psalmistae versicula in corde volventes, libenter sane mentem Nostram convertimus ad archidioecesim A Litore Aureo, quae, una cum quondam suffraganeis dioecesis, hoc tempore faustissimum ob anniversarium diem in Domino gaudet. Nam septuagesimum quintum annum feliciter hae in Africa communitates ecclesiales complent a die quo easdem aliasque diciones erexit Decessor Noster Pius XII, felicitis recordationis, postquam ibidem – ut in litteris ac documentis legitur – postremis praesertim illis temporibus, per indefessum et interdum heroicum Dei verbi praeconum laborem, nec non indigeni cleri in aciem subcrescentis sedulam industriam, non mediocre catholica fides suscepit incrementum.

Fausta igitur hac opportunitate, Venerabilis Frater Matthaeus Kwasi Gyamfi, Episcopus Sunyaniensis, una voce cum Conferentia Catholicorum Episcoporum Ghanae, cui praeest, humanissime rogavit ut Nos quendam eximium Purpuratum designaremus, qui, in erectionis memoria archidioecesis A Litore Aureo necnon olim dioecesium Accraënsis, Ketaënsis, Kumasiensis et Tamalensis celebrationi Nostro nomine praeesset atque verba spiritualis cohortationis pronuntiaret. Piaae huic postulationi adnuere volentes, ad Te, Venerabilis Frater Noster, decurrimus qui veluti diligens ductor pietate, doctrina pastoralique alacritate praeditus emines. Te igitur, Praedecessoris Nostri voluntatem sequentes, hisce Litteris MISSUM EXTRAORDINARIUM NOSTRUM nominamus ad celebrationem de qua supra diximus, quae die XXV advenientis mensis Octobris in archidioecesi A Litore Aureo sollemni ritu agetur. Omnes huius eventus participes adhortaberis ut precibus, meditatione necnon pastoralium necessitatum consideratione renovatis viribus novoque studio peculiarem dilectionem Christi eiusque Evangelii demonstrent atque fidei zelo in vita cotidiana ferveant.

Cunctos fideles ibi congregatos, sacros praesules, sacerdotes, religiosos viros mulieresque, publicas auctoritates et christifideles laicos, Nostro salutabis nomine Nostramque iis ostendens benevolentiam.

Nosmet Ipsi Te, Venerabilis Frater Noster, in tua missione implenda precibus comitabimur, Beata Virgine Maria et s. Ioseph intercedentibus, Tibique Apostolicam Benedictionem libentes iam nunc impertimur, signum Nostrae erga Te benevolentiae et caelestium donorum pignus, quam omnibus celebrationis participibus rite transmittas volumus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XV mensis Septembris, Anno Sancto MMXXV, Pontificatus Nostri primo.

LEO PP. XIV

[01368-LA.01]

[B0772-XX.01]
